

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## D E D I C A T I O

opus idoneis, ære & dictatu meo paratis: quibus ijsdem nunc etiam Tabū. lꝝ ipsæ descriptæ, cum cultoribus artis communicantur.

Ignoscunt facile Quercus hederis, Vlmi proceræ, vitibus imbecillis- bus, si istæ illarum ad altitudinem, admetiuntur suam: non major neque gratior, ne Deo quidem, venit cultus, quam ab homine, fortunas suas omnes ad ipsum referente. Atque ego quoque, comparationem hanc au- dacem semel ingressus, eâ constantia pergo, quam maximæ venerationis opinio firmat. Pacem scilicet publicam tunc destinabas, opinor, populis sub tuo futuris imperio; sed pacem, judicio Tuō, quem rerum arbitrum constituit Deus, conformem; pacem, incommodis, quæ repellenda censem- bas, carentem: pacem hujusmodi, totum jam decennium, dirâ studiorum contentionē, defectionibusq; & bellis intestinis luctuosissimis exercitus, obtinere nondum potuisti. Et mihi quoq; ex illo tempore continenter ad finem operis Tabularum aspiranti, subinde alias ex alio nævus detectus est, eluendusque aut exscindendus fuit, & cicatrix obducenda: vicissim aliud ex alio calculi solennis compendium, aliud ex alio inventum pul- chrum incidit, quod nisi opere toto ad incudem revocato & transforma- to, consociari cum eo, committive aut excoli non potuit. Da veniam, CÆ- S A R, fortunæ tuæ, da conditioni studiorum istorum; quæ, pacis ornamen- ta cùm sint, pacem in imperio tuo expectarunt hactenus. Nec aliâ fiduciâ, ne nunc quidem, in publicum exeunt, quamvis S<sup>x</sup> C<sup>x</sup> M<sup>tis</sup> V<sup>x</sup> imperijs ex- citata: quam quod omen pacis jam jamq; conficiendæ, sese gerere atq; pro- ferre confidunt. Quam persuasionem etsi nec rebus nec causis firmare queunt; quin eandem harum ignorationem, qua tenebantur hactenus, etiamnum fatentur lubentia: tamen & amant eam persuasionem in se ipsis, M<sup>tis</sup> V<sup>ræ</sup> studio, patriæq; miseratione fascinata, & ut vero consenta- neam, vel ex hujus ipsius comparationis institutæ progressu commonefa- eta, suspectant.

Etenim imperfectiones aliquas, deprehensas in ipso motuum cœle- stium subjecto, nec arte ulla humana præstabilis superabilesve (præsertim ante sæculorum ventorum experientiam sufficientem) & continent istæ Tabulæ, & fatentur publicè: Vesta verò Majestas, quid conditioni re- rum mortaliū condonare, quæ obliqua & intersepta præterire, ut com- pendio veniatur ad pacem, quantum severitatis augusto suo muneri suffi- cere, quid deniq; successoribus corrigendum relinquere cogitet: ipsæ, de- siderio pacis tabescentes, in qua unâ usus sui lætis efflorescat incrementis, expectant sollicitissimæ.

D E U S, penes quem est Principum populorumq; summa potestas, per quem Reges imperant, belli duces vincunt; D E U S, qui scit instrumentis uti suis, quandoq; etiam ignaris consiliorum sui motoris, est ubi & aliud agentibus; qui, extirpatis malis moribus, modum rebus, & finem calamitatibus solet imponere; D E U S inquam iste Deorum, S<sup>x</sup> C<sup>x</sup> M<sup>t</sup> V<sup>x</sup> Vitam, Valetudinem, Imperium, proroget, tueatur, prosperet: Ejusdem Filio Re- gi, Liberisq; cæteris ad summa natis, Vitæque & Imperij consorti Augustæ, totiq; adeo Domui Austriacæ, felicitatem omnimodam, quâ mea meo- rumq; continetur incolumenta, placatus & propitius largiatur; quem, ut id faxit, ratumq; velit, humilima prece veneror.

S<sup>am</sup> verò